

Abulens.

debat debitu erga patrem, & matrem, non esse ei licitum, nisi petita & obienta licentia a suo Magistro Elia. Abulensi citato 3. Regum 19. quest. 24. ait. Petiuit licentiam quia paravit, quod non poterat jam aliquid agere contra preceptum Elie. Similia habet Salius ad annum 3167. num. 25. Postulatio hac significat injectam a Deo, novo Propheta necessitatem sequendi Eliam: nam si id sibi liberum putaret, non peteret ab Elia, quasi a Magistro, ac Domino suo veniam salutandi parvenire.

51.

Quod maxime confirmatur ex his, quae subdit facer Textus, Tuli par boum, & mactavit illud, & in aratro boum coxit carnes surgensque abiit, & secutus est Eliam. 3. Regum 19. num. 21. Mactatis bobus, in aratro coxit carnes, ut ita dimissis omnibus expeditior factus sequeretur Eliam. Carthusianus, Quo facto monstravit se nolle ad primum reverti officium, sed Elia inseparabiliter adherere sub obedientia tanti raris vivendo.

52.

De obedientia vero filiorum Prophetarum; ex ipso nomine constat: & nota, quod ante Eliam non inveniuntur, nec nominantur in Scriptura, nec in aliquo probato Auctore filii Prophetarum; sed tantum dicebantur Prophetarum; at post Eliam multoties dicuntur filii Prophetarum, 4. Reg. 2. num. 5. & 7. ac is, & c. 4. n. 48. cap. 6. n. 1. cap. 9. n. 1. & aliis in locis, sic enim in illa Congregatione vivebant sub Elia, ac Eliae disciplina, & ita suis majoribus obediebant, tanquam filii parentibus. Ita Joan. Jerosolym. de statu Monach. c. 11. vel ut etiam ipse ait: filii Prophetarum, id est, discipuli Prophetarum, ut explicant Rabbi Salomon, Lyranus Abulensis, Varabius, Cornelius 4. Reg. c. 2. Theodoretus ibidem, & frequenter in Scriptura sub nomine filii discipulus intelligitur Psalm. 130. v. 12. Venite filii audite me timorem Domini docebo vos. Ad Galat. 4. n. 19. Filii mei, quos iterum parvulos. Hac obedientia filiorum Prophetarum in multis visitur, & apparet in Sacra Scriptura.

Obedientia filiorum Prophetarum.

53.

Primò, 4. Reg. 2. n. 15. cum cognovissent filii Prophetarum, qui erant in Jerico, quod Elias raptus esset in caelum, Tunc ad Eliseum, Venientes in occursum ejus, adoraverunt eum prout in terram, seu ut legit Pagninus, Incurraverunt se super terram ante eum, scilicet Eliseum, quod explicans Lyranus ait: Adoraverunt eum adoratione, scilicet dulia, tanquam superiorem suum, eo quod esset substitutus loco Eliae, sub cujus regimine vivebant. Similiter Abulens. ibi q. 131. Caietan. Gaspar Sanchez, Franciscus Somnius lib. de demonstrat. Evangelica, c. 2. Arboren. de sacro Celibatu, tom. 2.

54.

Secundò, ob eximiam obedientiam erga Eliseum filii Prophetarum nihil audebant facere, nisi petita & obienta licentia ab Elia; nam cum post raptum Eliae maxime desiderio tantum Parentis flagrarent filii Prophetarum, & haberent ad manum quinquaginta viros fortes, ad eum per deserta quarendam,

nullo modo voluerunt hoc facere, nec mittere homines ad requirendum Magistrum desideratissimum, quousque obtinerent licentiam ab Elia, & diceret eis mittere, tunc mitterunt 4. Reg. 2. v. 17.

Tertio Cum terra fame premeretur, nullus ex filiis Prophetarum ausus est de quarendo, ac procurando sibi cibo agere, quousque ipse Elia hoc praeciperet. Erat famelica terra, & filii Prophetarum habitabant coram eo, scilicet Elia, Dixitque uni de pueris suis: pone ollam grandem, & coquo pulmentum filii Prophetarum. 4. Reg. 4. n. 38. Quamvis fame premeretur de comparando cibo, non audebant agere, nisi de ejus mandato. Et dicitur: Habebant coram eo, seu legit Varab. Verabantur apud Varabius. Hoc est sub ejus cura, regimine, ac obedientia, ut explicant Abulens. Gaspar Sanchez, & dixit: Pone ollam grandem, quia multi erant filii Prophetarum, pro quibus cibis paratur. Ut interpretantur Lyran. Abulens. q. 39.

Quarto, Cum filii Prophetarum, ob suam magnam multitudinem habitassent in loco valde angusto, Dixerunt filii Prophetarum ad Eliseum: Ecce locus ubi habitamus coram te, angustus est nobis: eamus usque ad Jordanem, & tollant singuli de sylvia, materiam singulas, & adificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit ite, 4. Reg. 6. num. 11. Ad qua verba notat Abulens. Abul. q. 1. ait: Erant filii Prophetarum conjuncti viventes conventualiter per diversa collegia, & ibi vacabant laudibus Dei, & vita Religiosa. Et his praerat Elia, tanquam eorum Pater, ac Princeps, ac Praelatus, & ided ut ait Gaspar Sanchez ibi: Rogabant Eliseum, ut sibi liceat de sylvia caedere, quae est ad Jordanem ripamquam facultatem ab eo consecuti, progressi sunt ad sylviam. Filii Prophetarum sic erant sub e, ac obedientes Elia, ut sine ejus facultate obienta, nihil auderent intentare ac facere. Et nota quod saepe reperitur illud verbum, Coram te ut jam notavi ex Abulensi, id est, sub tua cura, correctione, ac disciplina tanquam subditi sub suo Praelato.

Ingens paupertas in Elia.

Hanc maxime celebrant Sancti Patres Divus Isidorus Hispalensis lib. 2. Officiorum, cap. 2. ait: Unde ad Monachos studium desuxit paupertatis, quantum attinet ad auctoritatem Veterum Scripturarum; hujus propositi Princeps Elias, & discipuli ejus Elia, sive filii Prophetarum. Theodoretus questione 19. in 4. Regum, ait: Chorus Prophetarum extremam amplectebantur paupertatem Non ait solabant, sed amplectebantur paupertatem, utique voluntariam, ac ultro susceptam, & ob hanc extremam paupertatem, ait Salius ad annum mundi 3145. numero 5. & 6. Eos Monachos agnosce, vocatque Hieronymus, & Joannes Jerosolymitanus passim, & Abulens. Divus Thomas ad Hebraeos 12. lect. 8. ad illa verba: Egentes, Angustiati, loquens de Elia, & Elia, Cardinalis Bellarmus lib. 2. de Monachis, c. 5. ait: Habemus inde in eodem testamento Veteri Eliam, Eliseum, & filios Prophetarum sine uxoribus, & divitiis in hoc mundo vixisse. Sic et alii multi, & veniamus ad magis particulatim.

Mira

58.

3. Reg. 19. D. Ambr.

Mira paupertas in Elia: nam ubi vocatus est ab Elia: Statim relicto bobus cucurrit post Eliam, 3. Regum 19. num. 20. Id est, omnia sua reliquit, ac repudiavit. Divus Ambrosius lib. 1. de Officiis, c. 30. ait: Relictis omnibus in disciplinam se prophetis dedit. Lyranus, Decevit repudiatis in omnibus adhaerere Elia Valentia 2. disput. 10. jam citatus, ait: Relictis parentibus, & ceteris omnibus secessit in eremum. Vocatus Elia ab Elia relinquit omnia ad odorem sacrorum Apostolorum: nam Petrus, & Andreas vocati a Christo, relictiis rebus secuti sunt eum Matth. 4. num. 22. Abulens ad citatum, c. 19. Regum, quest. 23. Relictis bobus, &c. Non curavit amplius arare, nec vacare negotiis secularibus, sed relicto bobus secutus est eum. Sic enim quando Christus vocavit discipulos suos, relinquebant omnia, & sequebantur eum. Sic enim quando Christus vocavit Petrum, & Andream fratres, relictiis rebus secuti sunt eum Sic etiam Jacobus, & Joannes Zebedaei fratres relinquentes patrem, & navim vocantem Christum secuti sunt. Matth. 4. Similia habet Cardinalis Hugo.

Math. 4. Abulens.

59. 3. Reg. 11.

Secundò, ait Textus citato loco 19. Tertio Regum num. 21. Tuli par boum, & mactavit illud, & in aratro boum coxit carnes, & de dit populo, & comederunt, confurgensque abiit, & secutus est Eliam. Ait Gaspar. Sanchez, Hac verba maxime Eliae commendat alacritatem, in relinquendo saeculo, & amplectendo religioso instituto strenuum animum, & studium fidele. Ita citatus Auctor Abulensis questione 26. & ait: Quia Elia transibat ad Dominum, omnino volebat renunciare saeculo, ita quod nihil relinqueret in illo, quod ad se perlineret. Dedit populo, & comederunt, scilicet dedit cognatis suis, & amicis, convocans eos ad convivium, quia tunc recedebat ab eis & non erat amplius rediturus ad statum illorum, sicut exemplum secutus est Beatus Mattheus, qui a Christo vocatus reliquit omnia quae habebat, & ipsa die vocationis sua, invitavit Christum, & discipulos, & multos publicanos. Matth. 9. num. 10.

Sanchez.

Abulens.

Math. 9.

60.

Tertio, Mulier quaedam vidua pauperula, cum mortuus esset vir ejus onustus debitis, creditor volebat tollere duos filios viduae ad servendum sibi, tunc mulier valde oppressa recurrit ad Prophetam, ut ei subveniat in tanta necessitate: Cui dixit Elia, quid vis ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua 4. Regum 4. num. 2. Quam interrogationem fecit Propheta, ut notat Divus Augustinus lib. 2. de Mirabilibus Sacra Scriptura, cap. 21. ut per miraculum provideret mulieri ad solvendum debitum, & ita factum est; ut ex paucis oleo, quod mulier habebat in domo, & maxime miraculose, multiplicatum est, ut multa vasa replerentur, & ita ex multiplicato oleo vendito satis factum est creditor, & de reliquo mulier sibi, & filiis suis providit; merito tamen Abulens ibi questione 7. querit, quare Propheta hoc fecit, & ait: Quia nunquam debet aliquis recurrere ad miraculum, quod est opus Dei, nisi quando via humana nihil agere potest. Propheta ob suam charitatem Sylveira Opuscula.

Abulens.

volebat subvenire mulieri oppressa, ac laboranti, & cum ipse ob suam paupertatem non haberet aliquid temporale, inde ad miraculum confugit, ut provideat mulieri, ut a debito solvatur, & ut a tanta angustia, ac molestia liberetur.

Quarto, Cum terra magna fame opprimeretur; Vir quidam venit de Baalsalifa deferens viro Dei panes primiarum viginti panes hordeaceos, & frumentum in pera sua. Reg. 4. c. 4. 4. Reg. 4. n. 42. Homo ille deferens panes Elia, ut ex eis provideret sibi, ac filiis Prophetarum, quorum ipse Pater erat, & curam agebat; tamen Elia ministro suo ait: Da populo ut comedat. Salius hoc ponderans ad annum Salius. 3144. n. 8. ait Acceptum manus Eliae in communem impendit utilitatem; erat enim eis mensa communis, ut religiosi Viri, nec Elia sibi proprium habere voluit paupertatis studio repugnante.

61.

PAUPERTAS.

Filiorum Prophetarum.

Hanc filiorum Prophetarum extremam paupertatem multis nobis indicat Sacra Scriptura: nam cum famem vehementer urgeret, ut suis subditis Elia cibum provideret, mandavit uni eorum ponere ollam grandem, ad eorum alimentum, quia multi erant, ut jam dixi in hac quaestione ex Abulensi, Lyran. & aliis, Egressus est annus in agrum, invenitque quasi visum sylvestrem, & collegit ex ea colocyntidas agri, & implevit pallium suum. 4. Regum 4. num. 39. Ad implendum mandatum Eliae, egreditur in agrum ad colligendum herbas agrestes, ex his constabat in olla grandi, ut bene colligitur ex Textu. Sanchez ubi ait: hoc enim videtur, eo tempore illorum Prophetarum commune pulmentum, id indicat ille, qui egressus dicitur in agrum, ut colligeret herbas agrestes. Dicitur in agrum non proprium, sed omni populo communem, & implevit pallium suum. Abulens questione 59. Quia Elia jussit repleri ollam grandem, quia ex illis herbis agrestibus erat replenda, ex quibus sicut ex panibus viginti oblati, ut modo dixi, maxime constat eorum extrema paupertas, ut bene notat Theodoretus hic Theodor. questione 19. & inquit Quod autem vita Prophetarum, nullas habuerit possessiones, docet historia. Nam qui erat eorum primus (Elia) nunc quidem eos excepit convivio oleum agrestium: nunc autem panes hordeaceos viginti apposuit centumviris, quosque ab aliis oblatos, eis autem tantam benedictionem impertit, ut & illos centum satiaret, & superessent permulti. Divus Hieronymus epistola 4. ad Rufinum. ait: Filii Prophetarum, quos Monachos in Veteri Testamento legimus edificabant sibi casulas prope fuentem Jordanis, & turbis Urbium derelictis potentia, & herbis agrestibus victitabant.

62.

Abulens. Lyran.

4. Reg. 4.

Sanchez.

Abulens.

Theodor.

D. Hieron.

63.

Secundò, Cum filii Prophetarum auerentur magno numero, ut neque in Carmelo, nec aliis locis possent eodem modo habitare, quia pra tanta multitudine angustus erat locus, ut notat Vvaldens. lib. 3. Doctrinal. fidei, art. 1. Vvaldens. cap. 4.

Cenebrard. cap. 4. Cenebrardus lib. 1. Chronolog. ad an-
num. 3272. facultatem petunt ab Elifao, & di-
cunt: Ecce locus, in quo habitamus, angustus est
nobis. Eamus usque ad Jordanem, & rollant
singuli de filva materias singulas, ut edificemus
nobis ibi locum ad habitandum, 4. Reg. 6.
4. Reg. 6. num. 1. & 2. Nota cum Abulensi,
quod semper dicunt Coram se, id est, sub
tua obedientia, ac mandato, & maxime
ponderandum, quod ad opus laboriosum ac
fatigatione, & sudore plentum non dicunt,
vis ut convocemus operarios, artifices, ut
ligna cadant, asportent, & componant ad
facienda habitacula, sed ipsi se offerunt ad
servile ministerium, ut ligna cadant, as-
portent, & cubacula edificent. Tellant sin-
guli de filva materias singulas, & edificemus
ibi locum, quia ob suam magnam pauper-
tatem, non habebant aliquid, quod pro
mercede possent contribuere operariis, &
cum opus aliunde esset necessarium, ipsi se
accingunt ad illud, & laborem non recu-
sant.

64. Tertio. Ad eandem historiam. Factum est
autem cum quidam illorum minus cautè li-
gna caderet, ferrum cecidit in aquam. Ex-
clamavitque ille, ait, Heu, Heu, Do-
mine, hoc etiam mutuo acceperam, id est, ac-
commodatum acceperam. Expicit Abulen-
sis 4. Regum 6. n. 5. maxime dolet de ferro
amisso, quia rem alienam amiserat, nec
ob suam paupertatem poterat Domino suo
aliam reddere, nec pecuniam habebat, qua
posset Domino satisfacere. Cardinalis Hu-
go ibi ait; Non solum hoc mutuatus sum, sed
etiam cetera que habeo, & inde non habeo de
meo unde restituam. Carthusianus, mutuo ac-
ceperam, ait quasi dicat, si meum fuisset minus
curarem, sed nunc doleo vehementer, cum non
habeam quod pro illo restituam. Unde constat, quod
pauperes erant discipuli illi, & simplicibus habi-
taculis, qua ipsi se construebant, erant conten-
ti, quo multorum etiam Religiosorum curias
sumptuosas arguitur. Similiter Lyranus, Mena-
chius, & alii.

*Elifao, & multi filii prophetarum eximia
paupertate, ac castitate floruerunt.*

65. Quod Elifao fuisset virgo, virginisque
aliqui ex filiis Prophetarum, docent D. Igna-
tius, D. Hieronymus, Joan. Jerosolymit. jam
citati superiori quest. n. 45. Idemque affirmant
de Elia, Elifao, ac filiis Prophetarum. Bel-
larminus lib. 2. de Monachis, cap. 5. Suarez
tom. 3. de Religione, cap. 1. num. 6. Egidius
Carmat. Minorum insignis Generalis de re-
bus Elia; cap. 6. sect. 8. Cornelius à Lapide
in 3. Regum c. 19. ad finem. Claudius Espincous
Theologus Parisiens. lib. 3. de contin. cap. 1.
pag. 9. Sicque de Elifao habetur in Breviario
Carmelitano approbato à multis Summis
Pontificibus in Hymno ejus festivitatis die 14.
Junii ad Matutinum.

*Elifao namque Virgo plane perma nens
Beatis celi coaquatur Angelis,
Qui praeceps carnis motus servit premere,
Et mentem puram Christo novit gerere.*

D. Ignat.
D. Hieron.
Ballarm.
Suarez.
Egidius.
Cornel.
Espincous.

Et hoc probatur ex Sacra Scriptura: nam
cum misso pallio eum ad se avocaret, Elifao,
ait: Osculer ero patrem meum, & matrem meam
& sic sequar te 3. Reg. 19. num. 20. antiqua
consuetudo erat apud Hebraeos, ut jam dixi
oculo pacis dimittere cognatos, & amicos
inde Elifao licentiam postulat, ut tali signo
pacis dimittat patrem, & matrem, & ut rectè
notat Abulensis, ibi quest. 24. Ex quo patet
quod non habebat filios, nec uxorem, quia si ha-
buisset filios & uxorem, diceret, oro te, osculer fi-
lios & uxorem: nam quilibet naturaliter diligit
magis filios quam patrem & matrem. Deinde
ait Textus ibi num. 21. Tulit par boum, & ma-
trix illud, & in aratro bonum coxit carnes.
D. Antonius Ulyssiponenfis, seu Paduanus in
Dominica 5. post Trinit. Coxit carnes, id est,
carnales concupiscentias in contritione cordis de-
coquere. Id est, illis omnino expendiior factus
alacrius curreret post Eliam.

Quod autem filii Prophetarum essent vir-
gines expressè docet D. Hieronymus. Virgi-
nes multi filii Prophetarum, Bellarminus,
Serarius, Egidius, Camartus, & alii proxime
allegati. Nam hi filii prophetarum fuerunt
edocti ab Elia, & Elifao, ergo cum ipsi es-
sent virgines, & maxime castitatis amato-
res in ipsa castitate, & puritate eos instru-
xerunt. Secundò, ut infra dicam quest. 17.
Ipsa vita Elia filii Prophetarum pro regula,
ac statuto, ut ibi dicam; ex Joanne Jeroso-
lymitano, D. Cyrillo, Constantinopolitano,
Thoma à Jesu, & aliis, at qui ipsa vita
Elia erat in summa puritate, ac castitate, er-
go ipsam observabant filii Prophetarum. D. Cyril.
Tertio. Ipsi filii Prophetarum conventua li-
ter, ac collegialiter vivebant in desertis locis,
ut in Carmelo, Galgalis ac propè Jordanem,
& idèd maxime sequestrati erant à mulieri-
bus, & inde nullus usus, consuetudo, ac mi-
nisterium mulierum auditor, ac dicitur apud
eos, ut doctissime notat noster Vvalden. lib. 3.
Doctrinalis fidei art. 1. cap. 10.

QUAESTIO VIII.

*Ex factis colliguntur vota obedientiae, pau-
peritatis, castitatis in Elia, ac Elifao, &
filiis Prophetarum.*

SUMMARIUM.

- 68 Elifao magnus scientia, ac magnis revelatio-
nibus illustratus sciebat vota continentia
in Scriptura, & quod multi de po-
pulo faciebant vota etiam circa castita-
tem.
- 69 Maxime Deus honoratur per vota, quere
honorem divinum est effectus zelus divini,
qui maxime resplendit in Elia, & inde
per vota.
- 70 De minori ad majus valet argumentum, ut
Christus Dominus. Argumentatur, &
idèd si vota concedantur in vulgaribus, ac
minoribus non sunt neganda in majori,
utpote Elia.
- 71 In Joanne Baptista ex factis colliguntur
vota

- vota, ergo etiam in Eliam, cum sit aequalis
Joanni Baptista.
- 72 Ex poena infidelis Anania, & Saphira col-
liguntur vota in primitiva Ecclesia, ergo
etiam ex poena infidelis Giezi in filiis Pro-
phetarum.
- 73 Elifao ut supremum Religionis caput fecit
votum obedientiae Deo, ac ejus minis-
tris.

68. Primò, ex nostra tenuitate dicam aliquid,
hac quaestione, sequentibus rationibus, ex
odore, & aliquali vestigio ac umbra excellen-
tissimorum virorum, ut dixi quest. 5. in fine,
licet etiam ex factis colligere vota in Elia,
Elifao, ac filiis Prophetarum. Sic Elifao, ac filii Prophetarum vivebant in mag-
na obedientia, paupertate, & castitate, ad qua
illustrati fuerunt ab Elia, tanquam à supremo
Magistro, ac Religionis capite. Antecedens pa-
ter ex duabus proximis quaestionibus sexta, &
septima, Consequencia probatur. Quia Elifao
magnis virtutibus erat condecoratus, magnifi-
que donis sublimatus à Deo, designatusque
Apostolus in ultimis temporibus; & insuper
erat Vir doctissimus, qui legem docebat, &
Sacram Scripturam explicabat, ut communi
Doctorum sententia dixi supra, resolutione i.
q. 3. n. 72, ergo bene sciebat, quod Scriptura
agebat de votis, quomodo essent obser-
vanda, & insuper bene sciebat, quod multi
fecerunt vota ad majus Dei obsequium, ac
sollicitatem suorum actionum, ut fecerunt non
solum primates in populo; ut Jacob, David,
sed etiam in his, qui erant in mediocri Reli-
gione, ut Jephte, Anna Samuelis Mater, Ab-
salon, Asa Rex, & multi homines vulgares de
populo ut totum explicavi hac Resol. q. 1. quod
totum hoc optime sciebat Elifao; quomodo
ergo negandum, quod etiam Elifao, ut homi-
nes vulgares de populo ad majus Dei obse-
quium, ac gloriam, suas virtutes, votis firma-
ret, maxime cum Elifao in Horeb fuisset illu-
stratus donis Spiritus sancti, ut docent D.
Gregorius Magnus, & ibi viderit Deum,
quantum fas est homini, ut tenet D. Basilus
ut dixi supra Resolutione 1. q. 3. n. 70. Insuper
illuminatus fuit Elifao revelationibus myste-
riorum B. Virginis Mariae Incarnationis Di-
vini Verbi, & vitae, passionis, ac mortis, & Re-
surrectionis, ac Ascensionis Christi Domini,
ut docent D. Augustinus, D. Gregorius, D.
Bernardus, D. Prosper, quos dedi Resol. q. 3.
quomodo ergo dici potest, quod homo tanta
scientia, intelligentia, ac cognitione superna-
turali, non caperet, intelligeret, ac faceret id
quod homines vulgares de populo capiebant
intelligebant, & faciebant. Maxime cum dicat
Suar. tom. 2. l. 3. de Relig. c. 1. n. 2. Quod ritus
vivendi, seu consecrandi aliquid per votum Deo,
de jure naturae est, maxime supposita fide. Ut jam
dixi in hac Resol. q. 1. n. 4. ergo Elifao cum
esset Vir doctissimus tantis divinis illumina-
tionibus illustratus, non poterat hoc jus na-
turae ignorare, ut illud adimpleret, ac faceret,
maxime cum videret, quod in Nazaraeis, ac
aliis dabatur castitatis votum, & etiam in mu-
lieribus, ut dixi supra, q. 2.

Hunc meum discursum multis comprobo,
ac confirmo. Primò, Quere, ac procurata
Nostra Opuscula.

gloriam, & honorem Dei omni modo possi-
bili, est actus zeli divini, atqui magis honora-
tur, ac glorificatur Deus per nostros actus vo-
to firmatos, quam sine illo; ergo cum in Elia
maximè resplenderet zelus honoris divini,
ejus virtutes quibus Deum honorabat fuerunt
voto firmatae. Major est D. Thomae 1. 2. q. 28.
art. 4. & de veritate q. 26. art. 4. circa finem; quia
ut ait zelus divinus pro posse, ac totis viribus
intendit gloriam & honorem Dei. Minor est D.
Augustini lib. 17. de Civitate Dei, c. 4. & D. Tho-
mae 2. 2. q. 88. art. 4. ad 3. qui ideo dicunt Apo-
stolos fecisse vota, quia hoc maxime spectat ad
eorum perfectionem, & maxime ad gloriam &
honorem Dei, quam ipsi super omnia intende-
bant; & ideo status religiosus ex votis firma-
tus quia ab illo non vale, homo resilire. Confe-
quentia est valde nota, cum Elifao multum ce-
lebratus sit in Scriptura, ac Sanctis Patribus in fer-
ventissimo zelo honoris divini, ergo pro posse
ac totis viribus intendit suis virtutibus, non so-
lum simplicibus, sed etiam voto firmatis ut cum
illis magis honoretur, ac glorificetur Deus.

Confirmo secundò, de minori ad majus va-
let argumentum, quod conceditur minoribus,
non est negandum majoribus, hoc argumento
utitur Christus Dominus ad confundendam
perfidiam Judaicam, quia ipsi volebant crede-
re, nec ejus sermonibus auscultari, & ait: Viri
Ninivite surgent in judicio cum generatione ista,
& condemnabunt eam: quia poenitentiam ege-
runt in predicatione Jona, Et ecce plusquam
Jona hic, Regina Austeri surget in judicio cum
generatione ista, & condemnabit eam, quia ve-
nit à finibus, terra audire sapientiam Salome-
nis. Et ecce plusquam Salomon hic, Matth. 12.
num. 42. & 42. Nam ut docent D. Chryso-
stomus, D. Hieronymus D. Basilus, & alii multi quos
adduxi tom. 3. in Evangelio c. 24. q. 16. 17. & 18.
Qui explicant, quomodo Christus Dominus
faciat argumentum, de minori ad majus, quod
nempe Judaei maxime condemnandi sunt, non
verbis, sed factis, ut explicant Euthymius,
Theophylactus, à Ninivitis, & Regina Aus-
tri, quia illi crediderunt, Jona praedicanti,
haec verò Salomoni dicenti, & tamen ipsi
noluerunt credere unigenito filio Dei Chris-
to Jesu, qui incomparabiliter multo major
est Jona, ac Salomone, inde meritò arguendi,
qui fidem datam minoribus, majori negant
inde etiam proportione servata meritò ar-
guendi sunt, qui vota communibus, ac vulga-
ribus hominibus concedunt, & ea tamen pra-
clarissimo, ac illustrissimo Viro Eliae denegant.

Confirmo tertio, quia communiter supra
citati Auctores q. 5. & alii colligunt tria vota
in Joanne Baptista, qui ipse perpetuam vitam
ducit in coelibatu, cum extrema paupertate.
Ipsè autem Joannes habebat vestimentum de pi-
lis Camelorum, & Zonam pelliceam circa lum-
bos. Esca ejus erat locusta & mel sylvestre. Mat-
th. 3. n. 4. inde ejus virginitatem colligunt. Et
tamen gravissimi Patres tenent, quod Joan.
Baptista non erat major Elia, sed illi aequalis,
cui videtur favere illud Angeli Gabrielis
Praecedet ante illum in spiritu, & virtute Elia,
Luc. 1. num. 17. Divus Augustinus in quaes-
tionibus Veteris Testamenti, q. 26. Nemo
inter natos mulierum surrexit major Joanne Bap-
tista. Non dixit major omnibus est, sed necesse
est illi

1. Reg. 19.
Abulen.
D. Anton.
D. Hieron.
Bellarmin.
Egidius.
Joan. Jerol.
D. Cyril.
Thomas à
Jesu.
Vvalden.
D. Gregor.
D. Basil.
D. August.
D. Greg.
D. Bern.
D. Prosper.
Suar.
69.

66.
67.
70.
71.
72.
73.
D. Thom.
D. August.
70.
Matth. 12.
D. Chryso.
D. Hieron.
D. Basil.
Euthym.
Theoph.
Matth. 3.
Luc. 1.
D. August.